

arripit, arreptos in pinguedinem vertit. 3. Partes & musculorum e
carnes; vestit, fulcit & connectit.

e Gal. lib. 11.
de V. p. c. 14.
- Auicen. tract.
1 primæ par.
cantic.

THEOREMA IX.

DE LIGAMENTIS.

Ligamentum est pars similaris spermatica
nervum inter & cartilaginæ naturæ mediæ, dura,
f alba ex semine vi caloris progenerita, variosque
in colligando, continendo, tegendo & musculis
constituendis usus exhibens.

f Vesal. lib. 2.
ca. 1.

Panniculi explicationem ligamentum proximè sequitur, quod in
sua propria & stricta significatione acceptum volumus, non enim cuius-
libet partis colligationem hic consideramus, quæ omnes membranas, ner-
vos, venas & arterias sub suo ambitu continet; sed illud tantum quod ab
anatomicis οὐδ' εἰς μὲν, quandoq; Hippocrati a & Galeno b νεύρα; La-
tinis copula & vinculum vocatur. Huius autem efficiens est calor medi-
ocris & virtus ligamentifica. Materia est lenta seminis portio, unde
etiam in descriptione dicitur, pars spermatica. Forma externa fermè
eadem est cum membranis, differt tamen ab illis, quod crassus est, &
quasi filamenta obtinet. Finis ligamentorum est præstantissimus 1. e-
nim e ossa & cartilagine d connectunt, quæ aliàs quovis ferè motu lu-
xari & naturalem sedem relinquere facile possent; hinc admiranda opi-
ficis Dei industria sensu carent e, aliàs enim quodlibet animal ligamen-
tis adornatum ingentem in motu dolorem percepisset. 2. Tendones su-
is quibus circumscribuntur sinibus continent, & ne ab ipsis declinent,
aut ab illis eleventur prohibent. 3. Septi alicuius & interstitii in-
star musculos intercedunt, illosq; à se invicem discriminant. 4. Visce-
ra suspendunt, ne nimia gravitate à naturali sede decidant. Variæ
tandem variorum se objiciunt differentiæ ligamentorum, à substantia ni-
mirum sumt e, à forma, magnitudine, ortu, situ, insertione & usu par-
tium, quæ omnes ad duplicem videntur redigi posse differentiam, quan-
do videlicet in duriora ossa & cartilaginem connectentia, & molliora quæ
in musculis sunt, dividuntur, cum tamen & multi inveniantur anato-
micorum, qui hæc inter membranas referre malunt.

a Hippoc. lib.
de locis in
homine.

b Gal. in li.
bel. de ossib.

c Vesal. lib. 2
c. 1.

Fernel de
part hum. li.
1. c. 2. & 4.

Laur. lib. 3. c.
14.

d Vesal. lib. 7.
c 19.

e Gal. libr. 6.
Meth. med. c.

4. g. h. Avic.
Fen. 1. lib. 1.

Doctr. 5. c. 1.
de ligament.

& Columb. li.
3. de ligam.